

*comes Reg. Suec. senator; in alterâ, Apollo, cum inscriptione : Ditat et illustrat.*

*Testudinis aquatici fluviatilis historia perplace-ret; utinàm mitteres!*

*Cancer in lectulis, fortè Acarus cancroïdes Faun. Suec., 1187.*

*Cancer in frigido fonte, fortè Cancer Faun. Suec., 1253, s. 1254, s. 1257.*

Avidissimè exspecto nautam cum Dissertationibus, cùm à tuis semper doctior recedo, quod rarissimè ab aliis; ut accepero, ad plantas mox respondebo.

Utinàm accederent Goïani insecta! Quæso, quære ab eo de *Phycide* pisce, quem adèò graphicè descripserat, *situm pinnarum ventralium*, utrùm hæ sitæ sint *ponè* pinnas pectorales, vel *perpendiculariter* sub pennis pectoralibus, vel etiam *antè* pinnas pectorales; ut hoc accepero, potero piscem ad suum genus reducere. An huic pisci aliqua affinitas cum *Blenniis*?

An Brissonus \* alterum, tomum ediderit *De Animalibus*?

---

\* BRISSON (MATHUR.-JACQ.), de Fontenay-le-Comte, 1725-1806, s'attacha à Réaumur dès sa jeunesse, l'aïda d'abord dans ses travaux, et remplit ensuite lui-même plusieurs emplois supérieurs dans l'enseignement de la physique et de l'histoire naturelle. A part différents